Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

14. [i.e. 15.] De funesto illorum interitu, qui imaginem S. Simeonis mirifici deturbare conati sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52445

Visual Library

tranſmiſſo ex Mangone, & cõtritum eſt cap
eius & facies, dignam impietatis ſuæ retrib
tionem percipiens.

*D. Ioannes Damaſcenus lib. 3. de venerat ſa
ctar. imaginum, ex Arcadio Archiepiſ
po Cypri. De funeſto interitu illorum q
imaginem S. Simeonis mirifici deturba
conati ſunt.*

C A P. X V.

Contigit diebus illis virum quend
negociatorem ciuitatis Antiochiæ p
riculoſo angore animi detineri, id p
curante maligno dæmone, diuque ita anxi
te vrgeri, vt compreſsione anheli ſpiritu
nè illum ſuffocaret. Hic quum ſanctum Si
onem adijſſet, eſſetque eius deprecatione
ſequutus ſanitatem, ita vt nullum videre
eatenus paſſus malum, inque ſuam domum
greſſus, pro gratiarum actione erexit ſan
illi imaginem in publico & conſpicuo o
bus ciuitatis loco, ſupra fores officinæ ſu
verò quum perſpexiſſent infidelium qui
tanto honore & gloria illuſtrari, vnà cu
minaribus & deſcriptione aſtrorum i
ambientium, impleti zelo homines ſui
les, nempè turbulentos & incompoſit
conciuerunt ad ſeditioſam coitionem,
numeroſa multitudo conuenerit & obſt
peras voces ediderit, clamando: Tolle
qui hoc fecit, ac deturbetur imago. Dei
diſpenſatione, contigit tunc virum non p

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

iſſe in ſua deprehendi domo. Prius enim magno tenebantur ſtudio, vt eum malè multarent & occiderent, alijs alia vociferantibus. Iſtorum nequitia multa & nimis quàm magna in conſpectu Dei apparuit, inuidia inſuper præter omnem modum, per quam dæmonico ſpiritu obſeſsi in hoc conſpirarunt, arbitrati ſe occaſionem inueniſſe concitandæ ſeditionis, & contumelijs inſectandi ſanctum, quod is ſæpenumero coarguiſſet perfidiam, & ipſorum errorem, qui gentilium ſuperſtitionem ſectabantur. Tantum igitur inſaniæ pondus quum ferre non poſſent, vnicuipiam militum prouinciam hanc delegarunt, vt concenſis gradibus deturbaret imaginem. Ille quum aſcendiſſet, manuſque expandiſſet, vt demandatum expleret opus, ex alto in imam delapſus terram, momento eſt medius perruptus, & in turba non mediocris exortus eſt tumultus, nihilominus Redaccenſis animis adiecerunt, vt & alterum eò adigerent. Et ille quidem experrectis manibus, vt imaginem detraheret, in terram pariter delapſus perfractus eſt. Hoc edito exemplo terrore perculſi omnes cœperunt ſibiipſis imprimere S. crucis ſignaculum. Cumque perfidi illi vehementiore inſania furerent, adiecerunt, vt & tertium ad hoc opus adigerent. Et hic vt manus extendit primùm ad deijciendam imaginem, conſimiliter perruptus concidit in terram. Tunc timor magnus inuaſit omnes, qui fideles circumſteterant, &

atto-

attoniti ſuper cęcitate ac temerario auſu per-
fidorum & impiorum, adorata imagine cu
ſupplici deprecatione illinc abierunt.

D. Ioannes Damaſcenus libr. 3. de veneratio
SS. imagin. De quodam Saraceno, qui cu
ſagittam eiaculatus eſſet in imaginem
Theodori, ſanguis ex ea profluxit, ipſe v
cum alijs Saracenis infeliciter perijt.

CAP. XVI.

AGellus eſt à Damaſco miliaribus qu
tuor diſsitus, dictus nomine Carſa
In eo terræ tractu, templum eſt ſan
Theodoro ſacrum, quod quidem templum
mel ingreſsi Saraceni demorati ſunt, in eo
ercentes genus omne obſcęnitatis & imm
ditiæ per mulieres, pueros & brutas anim
tes. Vna igitur dierum, quum conſiderent
rum permulti, ſimulque fabularentur, ex
vnus iecit ſagittam aduerſus imaginem The
dori, quę humerum eius dextrum perculi
eo vulnere mox exiliuit ſanguis, q̃ & ad
vſque imaginis partem delapſus eſt, ſpecta
bus omnibus quod fiebat ſignum, ſimul &
pactam ſagittam humero ſancti & defluẽ
ſanguinem. Et ne ſic quidem ſpectatores
mirabili hoc ſigno admoniti ad conſciẽ
redierunt. Qui ſagittam impegerat ſan
nullam egit pœnitentiam. Ne vnus quid
iſtorum eſt animo motus, nec è templo ſe
ſerunt, neque ſibi temperarunt ab eius co
minatione. Veruntamen extremam deder

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN